



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Iacobi Sadoleti S.R.E. Cardinalis Epistolarum Lib. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

JACOBI SADOLETI S. R. E. CARDINALIS EPISTOLARUM LIB. XIII. EPIST. I.

JACOBO SADOLETVS S. R. E. CARDINALI CASPARI CONTARENO S. R. E. CARDINALI, S. P. D.

OLVS collega noster, optimus atque amplissimus vir, dignissimus illa fortuna in qua erat natus, non hac que nunc illi obstat, grauiusque infecta est, iterum in Hispaniam, Carpentoraete ad me diuertit: hincque mihi aduentu cum non mediocrem dolorem, tum magnam etiam attulit voluptatem. Videre enim & aspicere hominem cum, quem summè diligo, & affari presentem, quem absentem desiderare sum solitus, insigni quadam lætitia me afficit. Audire autem et eodem acerbos familiæ suæ casus, & nobilissimam immunitate ceterum tyranni penè extinctam domum intelligere, hæc siquæ eo mihi miserum & crudele visum est, ut nisi eiusdem Polæ, cui erat illa calamitas inflicta, virtute & sapientia lenius esset, modum meo dolori facturus non fuerim. Verum ille, qui suis in rebus omnibus animi constantia & moderatione est, cum Deo semper se subiiciens, atque illius voluntati obtemperare paratus, de suis acerbissimis rebus, tanquam de alienis loqueretur: suam domesticum quidem incommodum fortiter ferebat: de publico verò Christiani nominis incommodo grauius commouebatur. Cui certe communi Christiano nomini ab impio Rege: si Rex est appellandus is, qui feritate animi & magnitudine crudelitatis iam ne hominis quidem appellationem retinet) nota atque inaudita omnibus seculis iniuria allata est. Quod tamen ego diuina providentia fretus non diu illi insultum futurum esse credido. Sed cum Polo nostro reliqui sermones habiti, qui sunt partim de Reip. rebusq; vrbanis, partim de amicorum & familiarum nostrorum statu, gratia, autoritate, pericundi nobis fuerunt. In quibus nimirum de te plurima mentio. Nam nec mihi percontandè, neq; illi commemorandi de tuis dictis factisque omnibus sineas erat vlla: tanta est vtriusque nostrum virtutis tuæ opinio, hæc illa quidem a nobis suscepta. Quid enim tua prudentia, integritate, sanctitate est illustrius? Sed quò ista in te maiora præstantiorque sunt, hoc noster amor in eundem te ardentior, distinctionem à te meam (de me enim præcipuè loquar) molestiam mihi facit videri. Itaq; quanquam hic multa sunt, que me non iniuriam detineant: locorum amenitas, cæli salubritas,



earum rerum omnium, & quidem optimarum  
tam viciumque pertinent: tum  
nodulo

... autem vel imprimis amor hominum, qui me diligunt, ita me vicissim diligunt, ut in meo vultu atque in excubiis quodammodo acquiescunt. Tamen ut Romam interdum desiderem, vos amici mei facitis: & imprimis tu optime Contarene, cui omni mei sensus ita valde sunt consentientes, ut nulla nostram salutem, sed iudicio contractam familiaritatem, atque amicitiam benefactura atas sit. Sed nimis longè progredior in his rebus, nec modum vllum, nec finem habent. Quae enim in ea erga te, ut in pauciora conferam, scito, me tui abicentis memoria tua cum fide & benivolentia retinere. Heri respecti acceptabile literas, in quibus mihi illud iucundissimum, quod meo carum me faciunt, te libenter meo rogatu recepisse causas Duce Bauariae summo Pontifici commendandas: quo nil mihi gratius efficere potuisti: neque item (ut arbitror) tuae virtuti, autorem conuenientius. Illi enim fortissimi ac nobilissimi Principes in causa Dei religionisque firmissimi, dignissimi protectores, quorum ab omnibus nobis, quibus Christiana Respublica honoris ac dignitatis ratio vel maxima habeatur. Quae pro abs te peto, ut & pro amicitia nostra, & pro constantissima tua, quod iam susceptum abs te est, in eo nauiter persequar, ut que ita geras, ut Duces illi intelligant, me etiam abesse non deesse in vrbe Roma optimorum & diligentissimorum Cardinalium patrocinium. Iisdem de rebus scripti ad Ambrosium Gupemburgum, hominem vsu multarum rerum praeditum, te uti adiret, communicaretque tecum cogitationes quasdam & consilia, quibus commodissimè rationibus obuiam in Lantanis, & cõsuli eius nationis populis ac principibus possit. Quae tu pro tua singulari humanitate diligenter audies: reliquas ages apud Pontificem maximum, quae tibi Respublicae vtilitate debentur: imprimisque ipsum Ambrosium in fidem tuam accipias, & quoad honestè facere poteris, faueas illi tua auctoritate & gratia in eis rebus consequendis quas ipse optat, te amplius Contarene rogo atque oro. Vale. Calend. Febr. M. D. XXXI. Carpentoraci.

II.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS  
Gasparo Contareno Cardinali, S. P. D.

TE & amici, & optimi atque integerrimi hominis officio  
pud summum Pontificem, & reliquos nostros collegas

Etenim esse gaudeo. Id certe egisti, quod ab vno te potissimum, & gratia per sanctissimam virtutem potuit expectari: cum idem tu & gratissimus celsis, & verus amicus, & maxime peritus earguere rem, de qua ageretur, existeres. Quare hoc quoque fit in magno numero meritorum erga me meritorum. In epistola mea ad Genesios, ea quae notae legi per diligentem, totamque rem cum eruditione Polo communicavi. Quod in ea scriptum, visum esse Spiritui sancto & mihi, in eo nihil sum equidem clarum neque arrogans meditaris: quin etiam me deprimere volui, ne si tantummodo mihi visum id fuisse dicerem, plus mihi ipse tribuerem, quam fieri posse videretur. Atque illud dictum tamen dupliciter sum interpretatus: nam & scriptura sacra morem loquenti imitari me dixi, & re vera ira esse, ut quaecumque recto & pio erga Deum aguntur animo, ex Spiritu sancto cuncta sint. De iustificatione & iustitia, placet mihi vehementer tuarum rationum concertus & distinctio ex Aristotele sumpta. Sequitur etiam certe charitas: cuius illam antecedentem, quo ad iustitiam pervenitur: non tamen sequitur eadem charitas (meo quidem animo opinioneque) iustitiam, sed eam ipsa constituit: vel potius charitas ipsa est iustitia. Habet enim formae ipsius charitatis: forma autem est id quod ipsa res. Cum ergo accedat praesente illa preparatione ad iustitiam, acceditur una & ad charitatem: ad quam cum est perventum, tum iustitia per ipsam charitatem constituitur. Iustitiam voco, non vulgari, neque Aristotelico nomine, sed Christiano more & modo, eamque omnes virtutes complexa continet: neque id humanitas, sed infusio in fluxuque divino. Quam ipsam iustitiam quoddammodo ea & huiusmodi fit, hoc est Christiana atque divina, charitas sola efficit. Haec orationem fortasse longiorem requirerent, nec mihi in aliis scriptis occasio ista explicandi. Sed quod ad rem meae pertinet, scito me sentire tecum: ita tamen ut charitas non iam parvam iustitiam subsequatur, sed formet ipsa & constituat iustitiam. Qua tamen in sententia tu quoque videris esse. Sed ut alijs pluribus haec fortasse verbis essent exponenda, nec facile committi epistola possent: praesertim his qui iam flagrate incipiunt caloribus. In quibus mei suburbani horti hoc mihi amenciores iucundioresque sunt, quod eos interdum amplissimus vir Polus noster vivere humanissime, & mihi cupientissimo famularis lux copiam facere non grauat. Vtinam, iterum dico vinctam, te nobiscum una optime Contarent haberemus, disceremus profectò simul vivendo & laetando quibus in rebus beata vere consistat vita. Sed haec alias, Vale. XIII. Calend. Iunii, M.D. XXXIX.

## III.

IAC. SADOLETVS CARDINALI  
*Casari Contareno Cardinali S. P. D.*

**P**OLVS noster, qui à nobis hinc discessit, ita magnum sibi reliquit desiderium, vt à cogitatione & dolore auocatum non possim. Non solum enim beneuolentia erga te moueor, verum etiam indignissima illius fortunæ miseratione, quæ talem virum tam acerbè opprimit, vt omnino virtutis suam se offerre videatur. Sed certè hos non illius tantum proceros, sed publicos Christianæ Reipub. casus, quos principum nostri tam lentè ferunt, Deus sibi sumet & prouidendos, & indicandos: atque vtinam non iam cepisset vlceri. Ego enim tantum humana ratione assequi possum, non video quem etiam Principum consilia sint habitura: à quibus vtinam aliquando optimus Pontifex noster se emergat. Pro cuius honore & excubo animo, gratiamque me illi maiorem habere iudico, de me optimè meritum est, si timeam ea quæ acciderent, sunt, quam si præfenti illius fortunæ sim gratularus. Sed quoniam de his aliud erit loquendi tempus, id quod mihi fuit in scribendo propositum, nunc potiùs exequar: vt tibi optime & mantissime Contarene, meos hosce populos omni studio commendem: in quos ego sum tanta beneuolentia affectus, vt partem charitati erga filios non cedam. Ipsi legatos intrinsecus habem, qui de incommodis provincie summum Pontificem precant: petantque remedia suis rebus necessaria. Præcipue contra Iudeos, quorum est dominatus in his locis nõ ferendus. Nunc priuilegiis istinc muniti sunt, vt planè domini Christianorum effecti, cum maxima quidem pernicie & tanquam strage horum populorum: è quibus quotidie aliquos cedere bonis, & familiaribus emigrare cogunt. Quod nationibus finitimis omnibus, quæ carent profus hac Iudeorum peste, & mirabilem videretur in sedis Apostolicæ imperio, & non sine graui iniuria nostra est diuulgatum. Sed ego singula non colligam. Statim salutem huius provincie tuæ fidei, integritati, iustitiæque commendando: vt faucas, vt suffragere, vt te apud summum Pontificem interponas, quo ea quæ honestè petierint, facillè etiam conquantur. In quo quam gratum mihi sis facturus, ne conuocant quidem tibi exponere: cum tu id per te satis cognosse queas. Tuum equidem amorem, studium, diligentiam, si alia vlla in re, in hac permaximè flagito. Verùm pluribus apud te vti verbis, quæ stræ fortassis coniunctissimæ necessitudini non conueniunt. Quare hic finem faciam: de te id semper optans atque sperans, quod

mihi ipse sumo quantum possum: ut reposita omni in Deo nostra  
recum spe, iero & iucundo animo vitam traducamus. Vale  
mihi charissime Contareno, etiam atq; etiam vale.  
Carpeoract. Prid. Nonas Octobris, M. D. XXXIX.

III.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS  
Gaspáro Contareno Cardinali, S. P. D.

MAIORE anno consecratam quidem secundum meum de  
Dedicatione Ecclesie librum: sed non retractaueram, quod  
deinde citate proximè exacta feci: cumque describendum cura-  
uis quem nunc ad te mitto, tuæ & prudentiæ & doctrinæ totum  
me permittem: teque enixius rogans, ut ea qua soles humanitate  
& beneuolentia, me & corrigere, & admonere ne graueris. For-  
sitan facio interdum temerè, qui sententias meas aduersus tuas  
argumentationes defendam. Sed debet hoc esse (ut ego iudico)  
in nostra familiaritate liberum: ne assentari inter nos, sed ami-  
corum uti officio videamur: præsertim eam editio libri in lon-  
gum tempus sit conferenda: & quoad is exceditur ac perpolitur,  
licetam sit nobis disputare & ambigere: nec refellere solum, ve-  
rum etiam refelli. Nam cum edendi quidem dies aduenerit, ni-  
hil omnino sine tuo consilio faciam. Nec verò habeo in præsen-  
tia aut doctorem quenquam, cuique magis confidam, quam i-  
psam te: aut amantioem etiam mei. Atq; ego quidem obtunde-  
re te non desino, & in tua grauiora studia importunus irrumpe-  
re. Sed ignosce mihi, facere aliter non possum: ea est opinio mea  
de te, et spes & expectatio amoris erga me tui, ut quicquid ego  
agam, quocumque modo me geram, nihil omnino assequi mihi  
videar, nisi id & communicatum tecum, & abs te potissimum ap-  
probatum fuerit: Facit autem naturæ tuæ bonitas, humanitas,  
liberalitas, ut non liberius solum ad te adeam, verum etiam au-  
dacter. Sed ut ne de his plura (etenim vereor, ne hæc quæ dicta  
sunt, in tanta nostra coniunctione amoris & animorum, etiam  
pauca multa esse videantur) habes librum, quem ut perlegas to-  
tum, & accuratè excutias rogo. Multa sunt in eo de sacramentis  
Ecclesie conscripta contra Lutheranos: in quibus si non doctri-  
na & ingenium, mea tamen voluntas in veræ pietatis studio egre-  
gè confans apparebit. De quibus rebus omnibus exquiro iudi-  
cium tuum: ut præterea te precor, ut cum amplissimis collegis  
notis, & concordissimis fratribus, Fregosio, Bembo, Polo, meâ  
laborationem communices. Neque vigeas tamen, nisi tantum,  
quantum eos videris in legendo oneris atq; curâ libenter velle  
suscipere. Ne fortè dum ego meam utilitatem quero, aliis mole-  
stus



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

stus sim: & praesertim iis, quorum ipse omnes sollicitudines  
 lestias meo labore atq; arumna redimere paratus esse. Ad  
 rum numerum addes Rodolphum Pium collegam nostrum  
 gnissimum (meo iudicio) qui in summorum & optimorum  
 dinalium numero censetur: eundemq; praeterea amantissimum  
 mei. Sed ne tibi praescribam omnia, ages in meorum scriptura  
 lectione & correctione, quod tibi ex fide tua & amicitia  
 aequum rectumque videbitur. Nos hic optime valemus: tu  
 ris assidui sumus, nec in suavitare huius vitae quae mihi in  
 eis proximè accedere ad caelestem illam vitam alteram vitam  
 quicquam habemus quod nos angat atque turbet: nisi  
 dum Reipubl. statum, quam video quotidie in deterius  
 Quod si privatim quoque aliquid aliquando sentimus  
 stia, id omne nascitur ex eo desiderio, quo tecum & cum  
 ris similibus tui nonnunquam esse, & vivere cuperemus. Ad  
 hac Deus viderit. Tu ut valeas tibi que ut perluadeas, me  
 mni mente, & ex omnibus sensib. penitus esse tuum, a te opte  
 atq; amplissime Contarone peto. Carpent. III. Calend. Feb.

V.

IAC. SADOLETYS S. R. E. CARDIN.

Reginaldo Polo S. R. E. Card. S. P. D.

Q V A N Q U A M literae tuae, quas Idibus Nouembriis  
 dedisti, literis ad me allatae sunt: easque ego in eundem  
 tuo accepi: tamen quoniam in illis tuum nomen, & tua  
 specta, eademq; semper dulcis, insignis erga me benevolentia  
 ostendebat: non illa semel a me, sed saepius etiam atq; etiam  
 lectae sunt, cum te mecum quasi loquentem in illis videret  
 re: tuamque illam mihi non ignotam virtutem, humanitatem  
 comitarem, in eisdem recognoscerem. Quae dum fui mihi  
 hietum, quamdiu videlicet tecum in his locis commoraretur  
 nihil mea felicitati deesse existimabam. Nunc absentem tra  
 mo requiro, ut in magno dolore dirempta suavissima con  
 ditis nostrae, tui tamen nominis memoria & recordatio  
 nostri amoris, magnopere me sustinet. Atq; ego quidem per  
 cellum tuum cum sollicito diutius animo nuntium de te expecta  
 tandem aliquando literis tuorum, quas Paulus acceperat, con  
 factus essem, te in eum locum, quod maxime optaras, hoc est Ve  
 nam, & ad vtriusq; nostrum hominem amantissimum, iustis  
 dignissimum qui ab omnibus nobis ametur, Episcopum Ven  
 nensem, tunc peruenisse: statim exhilaratus animo, literas  
 te dedi, quas tardius suspicor ad te fuisse perlatas: auctore  
 quidem. Siquidem habeo Roma sat recentis, in quibus

calidissimi mentio nulla fit, cum tamen dierum ratio aperte in-  
 dicit, litterarum reddendarum tempus iam præterisse. Sed quic-  
 quid accidit de literis, non est in chartis, neq; in atramento po-  
 nitur, sed in cordibus vtriusq; nostrum, non tam in-  
 scripsit illi quidem, quam inustus, ut deleri non possit. Quod  
 quoniam neutri nostrum de altero potest esse dubium, huius fa-  
 retri commemoratione omissa, ad ea que sunt huius temporis  
 venimus. Quamquam quod Simonetæ nostri mortē in tuis literis  
 dedes, nihil facis alienum humanitate tua: planeq; ego agnosco  
 quantum mihi in eo tribuas. Scio enim te mea imprimis causa, il-  
 lius summi viri casum agrè ferre: quem mihi amicissimum, &  
 facile intellexeras, & ego te ipsa quotidie experiebar. Sed et-  
 si tu rationes affers, quare minus dolendum nobis sit: ego que  
 & sperantia, & auctoritati tuæ assentior: tamen illud efficere  
 non possum, ut meo arbitratu dolori moderer. Non sum equi-  
 dem ita institutus, sed ita sum natus, ut quos amare semel ce-  
 pi, quod multis de causis sæpe accidit: præcipuè autem eam ob  
 causam, cum me amati intelligo mutuo) eorum amissionem mo-  
 lestum feram, quam videatur hominis in rebus fortuitis multum  
 exacerata ratio postulare. Quamobrem facere non possum, quin  
 dolerem illum mortuum: multisq; & magnis illius officii vir-  
 tutibusq; primatus, non incòmodum meum lugeo (est n. id dege-  
 neris animi) sed familiaritatem hominis, sed integritatem, sed fi-  
 dem, constantiamq; amicitia, quam ille mihi cumulatissimè  
 præstabat, vehementius requiro: quod absque dolore animi fieri  
 non potest. Venim illi nihil euenerit mali, quod quidem ita esse  
 periculosum, cum audio. eum cum sua pietate, tum Dei fratrum  
 bonitate & clementia, non solum alacriter, verum etiam liben-  
 ter cuncta excessisse: habet tamen amor aculeos quosdam, quos  
 difficillimè vitare viti boni possunt: qui me pungunt & stimu-  
 lant, & in recordatione faciunt dolorem. Sed opinor his nos mo-  
 dum constitutus. Simonetæ memoriam & nobis ipsi seruabi-  
 mus, & in precationibus eam Deo subicemus: quod vnicui iam  
 est fidelis nostræ amicitia officij. De te ipso mi Pole, quod Romæ  
 saluus remeueris, quod ipso primo in introitu in duo lumina no-  
 stri ordinis incidere, Contarenum & Bembum, quod fueris ab  
 optimis, amicissimis, præstantissimisque hominibus summa  
 cum lætitia & hilaritate acceptus, & gratulor tibi, & mihi pluri-  
 mum gaudeo. Videor enim mihi quasi vobiscum vnà adfuisse. Et-  
 enim quid tadem interest, utrum gaudeas ipse an letantibus ami-  
 cis simul gaudeas: quin maior etiam (meo iudicio) voluptas est,  
 gaudere gaudiū amicorū, quam suum. Siquidem vbi plus officij  
 est, ibi maior esse animi lætitia solet. Vos ergo inter vos con-  
 spicui complexuque vestro, ego absens audiri vestra iucundissi-



mae confessionis latus sum. Si tamen ego absens, quid  
per me suspicor, & ex tuorum literis intelligo, plurimum  
inter vos sermonem de me fuisse: cum in ore trium optimorum  
atque omnis penè memoriae, honore, ingenio, innocenti  
eterna ornatissimorum hominum, meum nomen versaretur. Quod  
ego iure laudandum creis elegi, in quibus mea studia omnia  
facia collocarem: quos haberem in amore & in obsequio  
eximios. Hic est tibi Pole videndum, ne, quod in literis tuis  
ut mea erga te officia verbis magis augeas, quam illa merita  
facias idem apud alios: ne ea in te, quae ceteris in rebus abesse  
in hac re vna duntaxat prudentia requiratur. Quod enim ego  
quod sit vel minima laude dignum, aut quod non tibi multo  
ius à me officiosiusque deberetur: Si communita quaedam esse  
quae in mediocribus etiam homines conferri solita sunt, in  
omnium praestantissimum virtute, nobilitate, dignitate, com  
itecione videbor magnum quid egisse, quodque tu tam grate  
& amanti verbis prosequaris: Imò ego, qui te cerè ante  
loque mirabiliter, rusticitatis tamen meiplum condemnò, quod  
nesciui quemadmodum voluissim, & quemadmodum tua car  
lens dignitas postulabat, benevolentiam in te meam tibi de  
rare. Quare cum tua commemoratio meorum erga te officio  
ruborem mihi potius incutiat, quam villam afferat castam,  
hoc genere quidem, bene de me ipso existimandi: quod me  
storque, ut conseruato inter nos necessitudinis vinculo, quae  
aeternam (ut ego statuo) amicitiam & benevolentiam conseru  
sumus, reliqua alter alterius officia, non tam efferamus ve  
nos quidem, quam cum opus erit, mutuo requiramus. In quo  
semper partes ampliores futurae sunt, & gratificandi, & beneficia  
afficiendi: cum non ego solum, sed mei hi populi omnes, in  
ope, autoritate, patrocinio, magnam spei suae partem repositam  
habeant. Quicquid porò meis commodatur, mihi cerè com  
datur, qui illorum causa nunc cum maximè laboro. Etenim ve  
scias, dilatio data debitoribus Iudaeorum, cuius tu vel impetr  
exististi auctor, ad exitum iam adducta est: neque quicquam  
iam in expectatione est, nisi ut secundum hoc biduum, comple  
tur carcer hominum miserorum, & ad solvendum impotentiam  
durissimo tempore anni, annona carissima, pauperibus pel  
affectis. In quo magnus quamplurimis luctus, mihi animi dol  
paratus est: cum tamen interea actorem Prouinciae satis praesens  
in vrbe habentes, nihil adhuc humanitatis & misericordiae pot  
mus consequi. Id credo sit summi Pontificis occupationibus, pro  
pter quas fortasse aditus ad eum non fuit. Nam illud quidem  
hi perluadere non possum, tam sapientem Principem, si cogno  
uerit incommoda suorum populorum, non opem illis & reme  
dum

aliam allaturum. Nos interim patiemur acerba, & (vt ego iudi-  
 co) minimè æqua: sed sunt qui contra putent. Verùm suus cui-  
 que sensus, iniquè exitimatio est. Apud nos minimum vrilitas, plu-  
 rimum semper valebit officium atque fides. Nullaque erunt bo-  
 na veritate & virtute nobis potiora. Sed hæc hæcenus. Habeo  
 à Bembo sitatissimè scriptas literas: quibus impræsentia valetu-  
 dine impeditus, accuratè respondere non possum. Epiphora e-  
 nim tenor, eaque mihi in dentes & gingiuas dolorem iniicit:  
 que etiam molestia coactus sum aliquot hõce dies studia inter-  
 mittere, hæcæque ad te literas negligentius scribere, quam volu-  
 tas mea ferret. Quin Paulus quoque leniter egrotat: verùm id  
 perbreue futurum est, omniaq; iam illi sunt ad salutem explora-  
 ta. Ille verò & Paulus alter vnà, vel rota potius nostra domus,  
 que tua eadem est, eiusmodi & tui & tuorum memoriam confer-  
 uat, nihil re fieri possit, neq; in amore, neq; in desiderio vehemẽ-  
 tior. Tu Contareno, & Bembo, Ludouico item, & Priulo tuis,  
 plurimum a nobis omnibus salutem. Legi sanctissimæ & præden-  
 tissimæ femine Victoriae Columnæ ad te literas, in quibus illa  
 mei mentionem facit, videturque hic nostram stationem appro-  
 bare, quod ego in credibiliter gaudeo, mea consilia tantæ esse &  
 virtutis, & sapientie probata. Te quidem rogo vt operam des,  
 quò hæc illa ex te, meamque præterea in se obseruantiam bene-  
 uolentiamque quam primum intelligat. Nos hic audiuius que  
 comita habita sunt, ad que tu tempore ipso aduenisti: nil dum  
 tamca earum rerum quas cupimus, cognouimus: que vbi singula  
 ad nos certius & distinctius fuerint allata, tum constituemus,  
 quod nobis etiam agendum sit, & quibus, quatenusque gratulan-  
 dum. Tu valebis, & nos diliges, etiam atq; etiam. Vale. Carpent.  
 XVI. Cal. Febr. M.D. XL.

## VI.

IAC. SADOLET. CARD. REGINALDO  
 Polo S. R. E. Cardinali S. P. D.

Tuis literis mense Februario ex Vrbe datis, quòd adhuc non  
 responderim, iusta mea hæc apud te erit excusatio, quòd mi-  
 nus commode valui. Multa enim pituita & alui fluxionib; diu cõ-  
 fluctans, laborauit morbo, nõ tam periculoso illo quidem, quàm  
 molesto: absfuit enim febris. Sed tamen & meæ vires debilitate, &  
 corpus vsque eo fuit extenuatum, vt non esset certa, neque ex-  
 pectata mihi ratio salutis. Nunc cum Dei benignitate melius mi-  
 hi sit, iamque ad literas & studia mea pristina reuerti cõperim:  
 non putavi mihi prætereundum esse, quin ad te primo quoque  
 tempore literas darem. Scito igitur tuas mihi fuisse iucundissi-  
 mas.

X s mas.

mas. Etsi enim constituta amicitia, & amore mutuo perfectum studium scribendi videtur esse superuacaneum, nisi si quid sit cuiusmodi, quod absentium amicorum scire atque intelligere inter se non omnino semper commemoratio benevolentiae iucunda est, etiam si non sit necessaria. Prius quidem meum concertasse te causamque meam tueri & defendere conatum esse, quemadmodum mihi scribis, ita credo. Sed tamen veteor ne magis suam ipsam stentare ingenium, quam ius meum tutari voluisse videatur. Solent enim magni isti patroni, qui suae eloquentiae plurimum confidunt, suscipere interdum non bonas causas, ut eum iudicio victum non iuris veritas illis suffragata, sed ipsi ius sibi fecisse, & veritatem causae appropinquasse videantur. Qui si in disputatione quam habuit tecum, me amantissimum tui esse dixisset, nec sine aliqua licitudine animi fuisse, quod tuis de rebus certior fierem: verba laegisset, eaque dixisset, quae mihi etsi certe euenirent. At hoc fuit satis ingenioso homini, sitamque dicendi copiam vbiq; stendenti. Iam enim illa non vera, te culpam admisisse, mea merita & magna erga te officia extitisse. Quorum primum in naturam virtutemque non cadit, alterum ego non agnosco. Quicquid enim egi tua causa, si quid modò egi, inferius id merito est, quam tuae praeclearae virtutes postularint. Nec verò videtur me egisse quicquam, nisi quod pretermitti sine scelere non potuit. Quin interdum memetipsum iustitiae arguo. Tali enim me viro, qualis es tu, non animus, neque domus, quae communita sunt, sed salus ipsa & vita debuit esse exposita. At tu, quantum quaeso, honoris mihi habuisti: quantum etiam fidei? qui te me potissimum & meis rebus commisit? quod tuum testimonium meae integritatis, atque officii, cum mihi vehementer honorificum fuerit, si id cogitasset, & sibi proposuisset Prius, non aliter in me negligentem, sed me in te potius minus gratum dixerat. Sed tamen, quando amore mei adductus, fauere mihi voluit, & quodammodo assentari: diligam hoc nomine etiam hominem necesse est, & amantius complectar, quod meas ab istis partes defendendas susceperit. Quare tu illi plurimam à me opto atque etiam dices salutem. Dialogos de me cum summo Pontifice à te habitos libentissimè legi, tuamque pristinam erga me benevolentiam recognoui: cui nunquam parem gratiam referre poterero. Haec enim ea sunt officia, quae me vehementissimè obligant. Illud mihi accidit optatissimum, quod de me reuocando verbum ab eo nullum. Ad quod, quaeso incumbe mihi Pole, ut mihi viuere in honesto ocio liceat: quando ista negotia placere mihi non possunt. Qui si nosset quae nunc sint rumoribus hominum peruehulata, etsi ea fortasse scis, (non n. obsecra sunt, sed passim in circulis angulisque omnibus iactantur) dolore animi mecum vna

abesse. Erumpunt porro omnia in illius caput & nomen,  
 cum nos & veneramus, & diligimus, & cuius beneficiis maximè  
 obstricti sumus. Que ego non commemorabo, ne & augeam do-  
 lorem meum, & tibi molestiam afferam. Illud certè patet & per-  
 sonam est, quicquid eueniat in Repub. Christiana aduersi atq;  
 mali, de eo statim homines culpam in nos, & crimen conferre  
 pntios esse, ut occultari dissimulariq; non possit, quæ sit omni-  
 um malum de nobis & de moribus nostris planè iam existimatio.  
 Sed ab eorum ab his, quæ præter modum molesta sunt. Contare-  
 nari nos valdè humane egit mecum, qui me voluit absente ni-  
 hilominus participem esse earum pecuniarum, quæ nostro ordini  
 anteaq; distribui solita sunt duntaxat inter presentes: quod ego  
 prope nec cogitari vnquam, nec postulavi: quòd etiam illi-  
 ter conuenit erga me eminentior. Nam quod à Casulano men-  
 tio facta, ille sponte sua hoc egit, nullo admonitu meo. Nò  
 enim mecum est auecupari lucra, nec ea quæ mihi non debeantur  
 fugere. Sed & Casulanus vir optimus, qui me admodum diligit,  
 mei commodi curam, me etiam infcio, sibi habendam putauit:  
 & pro illam præstantem atque eximiam Contareni nostri vir-  
 tutem, humanitatem, integritatem, videro monitore nihil fuisse  
 quæ per se enim ille propensius ad me iuandum, & omnibus be-  
 neficiis officendum assidue est. Cui vtinam aliquando referam  
 meritam gratiam: habeo quidem semper. Nam et si mihi nul-  
 lum emolumentum, nullaque vtilitas ita est cordi, vt vel mini-  
 mum velim de mea dignitate propter eam deperdere: tamen ha-  
 bere hæc indicia amoris à summis viris, maximam ego arbitror  
 esse dignitatem. Quæ propter abs te peto, vt illi & meis, & tuis et-  
 iam (si tibi videbitur) verbis agas gratias. Prouinciales hæc nostri  
 te maxime in modum diligunt, atque colunt: suamque tibi fa-  
 lorem referunt acceptam. De meis studiis nihil possum tibi im-  
 presciantia polliceri nisi stat enim æstas, quod ego tempus consume-  
 re in manducationibus licetis soleo. Librum tuum magna ex par-  
 te legi, animoque in eo tuum magnum atque præstantem, co-  
 piamque vna & eruditionem, imprimis verò studium pietatis ac  
 religionis vehementer probaui. Da operam vt valeas. Carpent. IX.  
 Cal. Maij. M.D.XI.

## VII.

IACOB. SADOLET. CARDINAL. GVLI-  
 elmo Poieto Cancellario Gallie, S. P. D.

Accipis literas tuas tertio Idus Nouemb. Lutetia datas, ple-  
 nissimas amoris, humanitatis, prudètia, quæ meū, quod ego  
 tuarum de tua præstanti virtute & dignitate feceram iudicium,  
 non

non modò confirmarunt, verùm etiam auxerunt. Ita enim fieri  
sunt, vt nullum omnino in illis officium, quod vel à sapientia  
mine expectandum sit, vel benignitati & amicitia debitum  
videatur, abs te sit pratermissum. Quodque me misere  
primis delectauit, omnia in tuis literis sic aptè, ornate, graui-  
tate explicata, tum verbis, tum sententijs, vt mihi videaris, id quod  
magnum quidem virorum est, sed tamen non tam valde occu-  
patorum sicut tu, cum rerum gerendarum prudentia, elegen-  
tiam quoque orationis vt coniungeres, non mediocriter labora-  
se. In quo genere laudis (dicam enim quod verum est) expectan-  
nem meam longè superasti. Cognoram equidem antea excellen-  
tissimum ingenium tuum, & in arduis rebus agendis atque administran-  
dis consilium, diligentiam, industriamq; perspexeram. Non enim  
mihi tuus animi sensus, & ad laudem impetus fuerat ignotus. Sed  
re vera in tanto cumulo ponderis, negotiorum, que tibi ma-  
xime curis occupationibusq; distractis, quotidie affluant, & super-  
fluant necesse est: quòd aliquam quoq; partem cogitationu tuarum  
& temporis liberalibus studijs impertites, non mihi ventura te  
mentè de te existimare. Quod quoniam nunc habeo ex tuis sine  
ris exploratum & cognitum, si quid ad eam addi beneuolentiam  
potest, qua ego te iam pridem singulari sum complexus, erit: hæc  
etiam causa vnà cù reliquis & sancta & grauis, quam obrem tuam  
me plurimi videre esse faciendus. Sed hæc que longiorem delat-  
derant orationem, in aliud tempus differenda sunt. Venio nunc  
ad ipsas literas, in quibus mirari mihi visus es, quod ego in graui-  
tate dignitatis & libertatis dispèdio, tantula de te (ita enim scri-  
bis) tantopere laborarem. In quo si pecuniarie iacturæ causa ad  
liboris & molestia suscepisse me existimes, obsecro te Potestatem  
charissime vt me hac tam graui infamia desinas onerare. Nulli  
ego turpius esse iudico, quam moueri pecunia: & quidem moueri  
in vtrinq; partem, vt vel adducta nobis magnam lætitiã affe-  
rat, vel ablata molestiam. Et tamen recordeor scripisse me, pæ-  
pe aniam mihi leuissimam, honestatem autè grauissimam ser-  
per esse. Quare desiste, si me amas, hoc tam iniustum de me facere  
iudicium, quod alienum certè & mea natura, & nostra ne-  
cessitudine est. Si verò, quod meam læsam dignitatem apud te  
sum conquestus, id leuius à me factum arbitris: quare, quid a-  
pud te futurum graue est, si leuis fuerit dignitas? Sed ego hæc que  
nunc loquor, non ita accipi volo, quasi doleam hæc à te mihi scri-  
pisse scripta, non enim ita est: sed quia cupio doctis & sapientibus  
viris, cuiusmodi tu es, meam & cognitam, & probatam me-  
ram esse, ac voluntatem, que ab hisce vitis illiberalitatis & ius-  
titiæ longè profectò aliena & abhorrens est. Ac ne ad ea quod  
respondedo, que à te scripta sunt de potestate eorum iudicium,

quibus vos ecclesiasticas causas & iudicia commisistis. Satis enim  
 in literis prioribus sum testatus, existimare me, nihil neque à re,  
 neque ab illo praestantissimo Rege, sine magna ratione & confi-  
 dentiam esse. Ad id potius me conuertam, quod & huic tem-  
 pori est aptius, & meae naturae certe conuenientius: ut & tibi, &  
 nostro optimo maximoq; Regi agam gratias, quod meae & quie-  
 tis & dignitatis, pro vestra singulari bonitate rationem habueris-  
 tis. Tamen illi intelligo, eas nequaquam à me satis dignè agi posse  
 vincit eam & Regis beneficentia, & tuum erga me officium, fa-  
 cultatem in hoc genere meam. Ago tamen quantas possum ma-  
 ximas meq; huius vestri erga me beneficij memoriam perpetuo  
 seruaturum polliceor. Quoniam nec ad meam in summum Re-  
 gem oblationem quicquam videtur posse accedere: nec ad  
 eam quam erga te iam dudum suscepi voluntatem. Sed tamen,  
 sine hoc potui, in quo me locatum per literas gratularis, &  
 quidem iure, (in eo enim diurnis nocturnisque commentatio-  
 nibus rerum, ut ego arbitror, altissimarum simul & sanctissima-  
 rum sum dectus) sine in negotiis & fluctibus actionum, in quos  
 merere fortasse erit necesse, (non enim ego illam conditio-  
 nem vitæ sperner, si mihi ea offeratur, quæ in rebus cum virtute  
 & cum prudentia religioneque tractandis, futura sit occupata)  
 sine ergo hic, sine illic, ego meam omnem operam, studium, fi-  
 dem, amorem, diligentiam, auctoritatemque, quæ unquam ea in  
 me fuerit, & nostro Christianissimo Regi, & tibi optime Poiete  
 delecto atque dico. Cui quidem Regi quod meum interdum te  
 nomen in memoriam redacturum polliceris, est hæc tua mihi  
 gratissima voluntas: idque uti facias, te vehementer rogo. Quid  
 est enim quod malum, quam me illi Regi in memoria esse, cui  
 propter altitudinem, nec tam fortuna quidem, quam ipsius vir-  
 tute & humanitatis, vel notum duntaxat esse, summus honos  
 censendus est? Et quidem imprimis ac maxime illius erga me  
 beneficentiam quero: hac mihi nihil potest euenire optatius.  
 Ceterum que ab illius liberalitate possunt proficisci, quæ à me ut  
 futura, & calidè negligi scribis, non eo quidem sum animo ut mi-  
 hi negligenda esse videantur: sunt enim bene institutis mentibus  
 egregia instrumenta bonitatis & liberalitatis: non tamen per-  
 ambitum & cupiditatem iudico esse petenda. Itaque ego, qui  
 hæc que obrineo, quantula ea cumq; sunt, aliena sponte omnia,  
 non mea cura & contentione sum consecutus, si quid mihi quan-  
 doque eo modo deferatur, magis iudicio Principis, quam meo  
 commodo letor: ob eamq; etiam causam bene de me merentib.  
 potere gratiam habeo. Sed de his etiam satis: Tu mi doctissime  
 potere me amabis, & totum tuū duces: dabisq; operam, ut valeas  
 hæc mihi facere gratius nihil posses. Vale. Carp. X. V. Cal. Ian. 1540.

IAC.

## VIII.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.  
Guiljelmo Poieto S. P. D.

CVM neminem habeo ad quem libentius scribam, quam te: tum verò id libentissimè facio, cum quis & tua ingenii benevolentia & mea meis tibi literis commendandus est. Quasi si aliàs vnquam mihi accidit facere vt deberem, nunc profecto maximè debeo: quòd eum tibi còmendò, cui aut neminem, aut paucos cèrre, in omni laude doctrinæ & literarum iudico esse patres. Nec tamen dubito, quin tibi Alberti Pighij nomen sit tantum: tanta id & celebritate est omnibus penè in gentibus, & conditionis fama. Nos quidem qui complura eius ingenij monumenta legimus, non solum probamus scientiam hominis, & doctrinam, quæ multiplex in eo, & varia, & referta est: sed etiam propositum animi, & insignem Christianæ pietatis cultum. Incredibile est enim quantum hic vir de fide Catholica, & Christiana religione sit meritus. Is ergo istud veniens, vt saluter ac vobis retur nostrum Regem, agatque cum eo quibusdam de rebus futurum sponte sua (est enim tui nominis amantissimus) tua etiam meo: magnam spem habet in te suorum negotiorum bene expediendorum positam. Quare cum spes fallat vehementissimè te rogo. Multa sunt mi Poiete, quæ præclara & egregia dicere potes: dedit enim tibi summum ingenium natura, fortissimam etiam facultatem. Sed certè nihil videris facere posse præclariorum quam tales viros in fidem & patrocinium recipere: eisque adhibere vbiçunq; sit opus, opera, gratia, benevolentia, auctoritate. Quam nisi tua præstans humanitas mihi esset perspecta, planè & cogitata, vterer verbis pluribus. Nunc tantum dico, quicquid in Regium contuleris officij & studij, id a bonis omnibus in campum acceptum iri, vt si tu id, non in hominem, sed in virtutem ipsam & doctrinam contulisses: tantum nos & ipsius eruditionem tribuimus, & tuæ laudi gloriæq; fauimus. Illud extremum cupere velim id quoque existimare, si eum amanter, comiterque mereremur etiam causa exceperis, mihi in ea te gratissimum te facturum. Velle. Carpentoracii, Idibus Nouembriis. M. D. XLI.

## IX.

IACOB. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.  
Guiljelmo Poieto S. P. D.

PVTO te audisse, nos omnes qui de Cardinalium collegio sumus, summi Pontificis literis ad Urbem esse accitos. Ita

est, et si egrè ab ecclesia mea diuellor, mihi què cum hoc iter,  
non recò in Vrbe mansio in omnem partem incommoda futura  
est, nam quando exculatio, qua vltis fueram, accepta non est  
ea que hinc itineri necessaria sunt, comparo: meque his vigin-  
ti circiter diebus, profecturum hinc arbitror. Memor autem no-  
stræ mentis insignisque beneuolentiæ, statim meum ad officium  
pertinere, scribere hæc ad te, & tibi, si vnquam alias, nunc qui-  
dem quam maximè, meam operam, studium, beneuolentiãque  
desero. Futurus enim sum in eis locis, in quibus, quo sim in te  
animo, multo illustrius tibi declaraturus sum, quam declarare  
possem in his, in quibus ad hæc tempus fui. Itaque quæ de lau-  
de de honore, de virtutibus tuis mihi agenda, & commemoran-  
da erunt, vel in nostro senatu, vel ad Pontificem, vel apud reli-  
quos ordines, agam ipse per me: nec expectabo de ea re literas &  
admonitiones tuas. Si quid præterea erit, quod tu meam operam  
diligentiãque requiras, si me feceris literis tuis certior, da-  
bo operam vt intelligas, te id non frustra fecisse. Vnum est, quod  
ego melius vni rerum & obseruatione præteritorum euentuum  
doctus, animaduerti à vobis, & in memoria haberi cupio: id  
porro est, vt sedis apostolicæ honorem & autoritatem, coniu-  
tionemque cum ea, vobis cordi esse omnibus signis ostendatis:  
hoc enim si fiet, omnia vobis profectò erunt faciliora. Sed sapienti  
pauca, vt dicatur. Illud etiam à te mi humanissime Poiete postu-  
lo, vt omne quicquid ego sum, aut esse possum, regi nostro meis  
verbis polliceari & deferas. Parum latè fortasse & prudentia mea  
& auctoritas patet. Sed certè quæ ab integerrima fide, & summo  
amore postulanda sunt, ea illi à me non deerunt, si quid vtu ve-  
neris, in quo gloriæ illius & maiestati inferuire possim. Extre-  
mam est, vt meas absentis, & meæ ecclesiæ res, negotia, iura,  
iurisque huius patriæ mihi charissimæ salutem & tranquillita-  
tem, tue humanitati, fidei, virtuti que commendem: abs te que  
petam, quod tibi pro tua præstanti autoritate agere facillimum  
est, vne quid aut mihi absentis aut meis hic presentibus oneris,  
molestie, iniuriæque à vestris inferatur. Vale, & nos mutuo dili-  
ge. Carpent. XIII. Calend. Martij, M. D. XLII.

X.

JACOB. SADOL. S. R. E. CARD.  
Gulielmo Poieto S. P. D.

Et ite quæ tibi dudum aduersa euenerunt, pro nostra amici-  
tate vehementer dolui: & nunc, quod audio te tibi esse atque  
mihi restitutum, pro eadem nostra coniunctione gratulor: et si  
videatur fortunæ tuæ aliquid fortasse detrimenti accepisse. Sed  
in tanta



in tanta tempestate, & maximorum periculorum procella, quae  
 tibi inimici & invidi tui concitabant, cum & caput, & animam  
 fortunae tuae essent in discrimen adductae, saluo capite quocumque  
 modo euadere, magnum profecto fuisset visum: nisi illud erat  
 maius multo esset, quod in tantis inimicitiis potentissimorum  
 hominum, tot infidiis, tam multorum contra te concordis & con-  
 sentientis calumnia, ad extremum tamen innocentia ipsa tua, et  
 tum sibi ac viam ad salutem inuenerit. Quam ego tibi maximorum  
 eorum incommodorum, quae cepisti, consolationem esse non  
 dubito. Quid enim nobis est interius, magisque conuictum, a  
 quo letari magis iure debeamus, quam conscientia cuique  
 bene actae vitae: quae in quocumque inest, is & in aduersis rebus  
 teriturus, & in periculis fidens, & contra omnem calumniam fir-  
 tissimo animo est: quemadmodum qui sem te fuisse ipsa res  
 indicio. Equidem nunquam ipse de tua virtute ac fide dubitauit.  
 Sed ut vulgus est hominum, apud quos Principum longae potestatis  
 & grauis est autoritas, ut quisque in crimen, & in iudicium vocatus  
 est, ita statim non Regi, sed reo criminis culpa inferretur: quasi ipsi  
 Reges errare non possint. Quam nunc de te hominum suspicio-  
 nem, si quae fuerat suscepta, haec rebus omnibus diligentissimè  
 excussis, post longam & grauem disquisitionem, tui liberatio po-  
 nitur extinxit. Itaque qui antea virtutis tuae lumen non bene per-  
 spexerant, postquam illa prodire in publicum, & certare palam  
 cum iniuria & cum iniquitate coacta est, vicitque tandem ipsa  
 fraudem & improbitatem, non solum videant illud, sed laudent  
 etiam, & admirentur necesse est: ut maior nunc quidem apud  
 omnes vir appareas, quam paulò antè fuisti, tum cum in illa oc-  
 cupata & negotiosa vita, tamen eras maximus. Sed illic inuidia,  
 & aemulatio, & iniquorum fraudes plus potuerunt, quam inte-  
 gritas tua. In hoc autem otio ad quod es compulsus, felicitas (ut  
 ego quidem iudico) & optanda calamitate, cum tantum valeas  
 ingenio, quantum mihi optimè notum est, sisque non turis ciuili  
 scientia duntaxat, sed optimis etiam & liberalissimis artium in-  
 genuarum studiis instructus, quae tibi maximè iucunda atque gra-  
 ta in tali tuo tempore esse possunt: teque (ut antè dixi) & culti  
 tui, & ipsorum inimicorum tuorum de te iudicium, ab omni iam  
 indigna suspitione vindicet: debes (opinionem quidem mea) non  
 solum pacato ferre animo ea quae acciderunt: sed gaudere etiam  
 & letari, quod ex turbulento & agitato tot ambitionum ac in-  
 diarum fluctibus mari, in tutum & tranquillum portum aliquan-  
 do sis pertectus. Quod si (ut decet virum fortem magnūque)  
 & senseris ita & egeris, cum meam pristinam de tua virtute opi-  
 nionem confirmaris, tum istius tuae firmitatis atque constantiae  
 vberem apud omnes fructum laudis feres. Ego, sicut fides mea, de  
 nostra

Multa murea benevolentia postulat, cum tibi defero quicquid  
me est, aut opis ad leuandum, aut ingenij ad consolandum in-  
commodum tuum, tum tibi imprimis hoc esse persuasum volo,  
nemine te habere fortasse, qui tui amantior, quam ego sim, esse  
possit. Qui vero fidelius aut constantius amicitiae memoriam  
rueat, habere te quidem certe neminem. Vale. Romae, V. Idus  
Novembrii, M. D. XLVI.

X I.

JACOB. SADOLETUS S. R. E. CARD.

Idem Petro Carafa, S. R. E. Cardinali S. P. D.

MAXIMA cum animi mei latitia legissem tuas literas (si-  
gnificabant enim humanitatem & benevolentiam erga me  
eam, quam in alleuando fidei meae onere adhibuisses: quod ego  
tuum imprimis erga me officium a tua virtute & prudentia postu-  
laui) mihi eadem ad me litera detulissent querelam quandam  
molestiarum, quas sustines, & non obsecrum iudicium  
dolens tui, quae video tibi in animo exortum propter temporum  
calamitates, quibus & intus & extra sic premimur & urgemur, ut  
consolationem viliam vix possit quisquam, quamuis sapiens, in-  
uenire. Sed ego qui ad dandum tibi consilium aptus non sum, tamen  
conhibeo te, cum temetipsum respexeris, nec exijs quae extra  
te, sed quae in ipso sunt, expenderis, multas repetiturum ad te  
eccliam vias. Omnino cuncta & ad impetu hostium infesta,  
& seditionibus, ac sectis, quae inter nos ipsos ardent, grauius vexa-  
ta sunt: animis praesertim hominum, qui vbiq; sunt his temporibus  
ac moribus vehementer infensus. Sed tamen in quo culpa nota  
non est, ad animo aequo omnes ferre debemus. Sed non ingre-  
datur ad disputandum, neq; tibi meam sapientiam ostentabo, quae  
proctus nulla, magisq; ea mihi abs te est metuanda. Quod partium  
est meorum & mei muneris, id facere conabor: ut tibi agam pro  
tuo erga me singulari merito gratias, quas equidem habeo agoq;  
maximas rety obsecro: ut quae restant ad res illius monachorum  
ordines, qui meae fidei crediti sunt, constituendas, eodem quo in-  
firmis consilio prudentiaque gubernes: quo quidem nihil mihi  
accidere potest gratius. Vale. Carpent. II. Nonas Septemb. 1559.

XII.

JAC. SADOL. S. R. E. CARD. FRAN-

cisco Quignonio Cardinali sanctae Crucis S. P. D.

Quas postremas accepi a te literas, eis non respondi, quo-  
niam tu ex Vrbe per aestatem in alia loca salubriora seces-  
sas.

feras. quod mihi idem facere fuit necesse. Et sane ipsis in calibus difficilis esse solet scribendi, & quippiam accuratus ageratio. Nunc aestate exacta, cum frigidiora tempora etiam maris aliquanto aduenerint, quam soleant, ego que ad interitum mea studia reuerti cogitem, nihil mihi prius faciendum penam quam vt ad te darem literas: primumque gratias agerem de recognitione tue erga me voluntatis, quam ego mihi beatus iam pluribus in rebus iam expertus sum: quas quidem tibi debeo & ago maximas. Deinde etiam tibi amantissime suscipere aliquando ad Urbem me referrem, eas dicerem causas, que hic retineant: vt neque tuo prudentissimo consilio, neque tibi obtemperandi voluntati satisfacere tam cito possim. Nec cum mea istic presentia aut nullius omnino, aut parui contentamenti in rebus publicis sit: eadem hic his populis non solum commoda est, verum etiam salutaris. Quod enim vel ad religionis normam, vel ad pacem concordiamque inter ipsos pertinet, non leue habet pondus mea apud eos hortatio & autoritas. Deinde multa alia sunt pastoris boni officia, que hic pratere melius quam absens exequi possim: imprimisque hac ceteris annonam, cum impendere fames videatur, compluribus exferre opem poterero. quod, Romam si essem, facere certe non possem. Vectigalia enim ecclesie mee, que per se magna non tribuant tamen hic mihi aliquid ad alios subueniendum facultatis: que si in Vrbe domicilium haberem, ne mea quidem ipsius familie necessitati sufficerent. Quod etiam ipsum per se considerandum est, quomodo Romam in hoc tanto honore, sine solida vite adiumentis, que in re familiari & vectigalibus annuis partibus, retineri dignitas possit: presertim cum alienis opibus me re profus indignum ducam. Hec me Pater amplissime, Respice me, adhuc hic detinent. Nec tamen hac cum ego narro, aut aut flagito a quopiam quicquam: non enim meus hic mos, mea vnquam flagitatrix fuit natura: sed eius torrens quare que ad manum sunt, bene & liberaliter vti, semper magis propius viri esse existimaui. Pontificem porro maximum, cui me contempe deo & iam dudum tradidi, video ipsum carere hac distributa ecclesiastica vectigalia facultate, principibus omnia ad sumbitrium trahentibus: quibus me subiicere, & ad eorum accedentes, consilium non est. Nec tamen ita vrgere cupiditate habendi, vt non hoc statu, in quo sum, possim esse contentus. Vnde enim inter hos populos & diligens eos patria charitate: & si videri mihi videor) ab eisdem etiam dilectus. Que amoris meo consensio vitam beatam facit: presertim cum est ad Deum, & summum bonum relata. Quos ego nunc populos tue communitatem fidei, iusticie, integritati, est necesse. Illi enim ad Vrbe

penam mereant, quò doceant summum Pontificem de incom-  
modis prouinciarum, quibus illa premitur. Eos igitur tuæ equitati  
& sapientiæ ita trado atque commendo, vt maiore animi studio  
commendare non possim. Quicquid certè in illos beneficij, pa-  
trocinij, auxilij, contuleris: id mihi sic futurum est gratum, vt ex  
tuis partibus erga me meritis, hoc vel maximū semper omnium  
sim dedicaturus. Vale. Carpentor. pridie Nonas Octob. 1339.

## XIII.

IACOB. SADOLETVS S. R. E. CARD.

Dionysio Cardin. Sancti Marcelli, S. P. D.

Ad eam voluptatem, quam acceperam ex amplificatione  
Acce dignitatis, (quòd iste honos cum similibus tui, hoc est  
doctis viris prudentibusque defertur, gaudere semper soleo) ac-  
cedit diuitiarum literarum tuarum, quæ me ita affectit, cum com-  
memoratione tui, pristini erga me animi, tum declaratione præ-  
sentis voluntatis: vt ego, qui te antea tacito potius quodam de  
tua virtute iudicio, quæ aperta amoris significatione diligebam,  
quòd nulla admodum inter nos intercellerat consuetudo: nunc  
existens tuis, tam amanter, tamque honorificè de me scriptis,  
non amem solum, sed tanquæ amicissimum, & familiarissimum,  
omni animi mei studio & benevolentia te amplectar. Equidem  
fratrem optimè de te, nec tam mea sponte, (non enim fuerat  
inuenta inter nos, egoque multis & magnis meis difficultatibus  
abstractus, diuini in Vrbe esse non potui) sed eorum testimonio,  
quos ego vehementer cum probarem, intelligebam ab illis te  
quod probari. E quibus vir clarissimus, & mihi quoad vixit ami-  
cissimus Symoneta, multa mihi narrare de te solitus erat. Sed  
iam nullum amplius quæro de te testimoniū: tuæ enim virtutis,  
tui ingenij, tuæ humanitatis, satis mihi graues & certas literas  
tuas mihi testes. Quæ ita scriptæ sunt, vt neq; ornatus in verbis,  
neq; in hæcenis prudentia desit. Quamquæ in eis mihi tu quidem  
plurimum, quæ ego intelligo me posse sustinere. Sed hoc amori  
in merito assignandum est, & illi, de qua modò locutus sum, hu-  
manitati. Quod autem ad amicitiam fidem pertinet, quæ iam inter  
nos de pro collegio, & pro similitudine studiorū debet esse insti-  
tuta, atque cõiuncta, primū de isto honore, qui in te iure ac meriti  
collatus est, tibi gratulor, deq; eodè mihi gaudeo: si quidè omniū  
viri inter amicos cõmunicatio esse debet. Deinde me metipsum  
tuis, & mea omnia studia, omnemque benevolentiam ita defero  
atque trado, vt sim gratissimū habiturus, si tu in eis, à quib. te diligi  
petas, me Principe locū velle obtinere duxeris. Quæ ego animū  
cum ceteris tuis virtutib. & ornamentis debeo, tum ei præcipiè,

Y 2 quæm

quam singulariter prae te fers, benevolentia tua erga me, Av-  
luntati. Vale. Carpentoracti, Idibus Februarij, M. D. XL.

XIV.

IACOB. SADOLETVS S. R. E. CARD.

Dionysio Cardm. Sancti Marcelli, S. P. D.

**A**LTERAS habeo iam à te literas, similes prioribus di-  
manitate & benevolentia; quae mihi fidem profusam  
me abs te diligi. Quod cum ita sentiam, certoque opinor: de-  
exultimare, si me arbitrare dignum eis studiis, quae ambobus  
bis communia, & ad integritatem morum ingenuitatemq; ma-  
rae animos informant, in quibus ego & atatem meam cōstitui,  
& tu eccellente, vt video, ingenio versaris: non tibi me conce-  
rum, vt in amore, aut vllis in officiis me vincas. Nam si oportet  
mihī datur occasio, fauere soleo doctis viris, idque mecum  
nulla intercedente nec re, nec familiaritate, quod vno tantum  
doctrina nomine ad eos amandum & complectendum adhibeo,  
quid facere debeo erga te, à quo sum prouocatus: praeterquam  
& tua praestans doctrina, compluribus aliis virtutibus, & vni-  
summo honore praclaroq; omnium hominum, Pontificatus  
primis maximi, & totius nostri ordinis de tua dignitate in-  
non comprobata modo, verum etiā ornata, illustrata, & in aliis  
edita sit: Quae res etiam effecit, vt ad caeteras mutui inter-  
amoris causas, Collegij coniunctio, & sanctissima necessitudinis  
vinculum accederet. Sumus enim vterque nostrum diuino  
dam nutu, in societate bene gerenda Reipub. nō solum cultus  
munere officij, sed animorum etiam, & studiorum consensum  
copulati. Quae cum se res ita habeat: nec iacta solum in  
amicitia fundamenta, sed ipsa super extructa, & planè iam  
firmata amicitia sit: dabimus operam vterq; vt in amore con-  
busq; officiis, alter alteri satisfacere cōtendamus: in quo etiam  
semper fide & benevolentia pares. Caetera vt fors feret, aut opor-  
factis ipsis atq; officiis vincam, aut aequissimo animo à te nunc  
Illud quidem prior faciam, in quo tuae partes iam apparebunt  
petiores, te vti rogem, vt meam absentis dignitatem, vbi  
erit, defendas & tuare. Vale. Carpent. IX. Cal. Maij. M. D. XL.

XV.

IACOB. SADOLETVS S. R. E. CARD.

Dionysio Card. Sancti Marcelli S. P. D.

**N**ON mihi opus esse arbitror longo tecum procmio  
laborare in ipso scribendi principio, quod tua mihi bene-

latio concilietur. Satis enim ea mihi, non meo quidem merito,  
 sed tua humanitate parata & quaesita est. Cum enim ad me binas  
 literas missisti, obsequia tuae erga me benevolentiae & voluntatis  
 tum tu te ipse mihi dedidisti: tum te obligasti, quasi ex pacto &  
 conuocato, nihil quod amicitiae & officio inde deberetur, te  
 mihi negotium. Itaque hinc accedo ad te, non minus te mihi  
 obligatum ex literis illis, & fide viri boni esse existimas, quam si  
 te omnia sponsonū verbis obtrinxisses. Sed grauius ne aliquid  
 expectes aut vetare: scito id me petere à te, quod & mihi ad pe-  
 trandum honestissimum sit, & tibi ad tribuendum largiendumq;  
 facillimum. Id porò huiusmodi est. Annus hic agitur tertius, ex  
 quo ego, cum me Carpentoraacte retulisset, aggressus sum opus  
 liberosum sanè, atque magnum, vt de adificatione Catholicae  
 Ecclesiae conscriberem: illud mihi praecipue propositum habens,  
 vt eorum iam haec quae nunc est, & nominatur Ecclesia, vehemen-  
 ter laborata est, nec potest (vt ego ex omnium gentium aduer-  
 sus nos odium, & graui apud cunctos inuidia nominis nostri, ma-  
 gnum in timorem venio) ab extremo suo periculo longè abesse:  
 ego pro loco, & pro pietate, qua Deo conseruatori meo sum ob-  
 strictus, exemplum eius incolomis atque integrè, quoad per me  
 posse absolutum & perfectum in literis expressum relinquere.  
 Quo haecce vti, si quis attendere animum vellet vel ad hanc ful-  
 crum reparandamq; Ecclesiam, quae iam ad procumbendum  
 vehementer prona est, & inclinata: vel ad nouam & firmiterem  
 altam, super idem tamen fundamentum, constituendam. Hoc  
 ego animo erga Christianam Remp. affectus, sumptus huius  
 laboris atque officij, maximè id conuenire honori & professioni  
 meae reputans: iamq; instituti operis duos libros absolui, & tunc  
 in certo lucrubando versor: neque laboribus in eo, neq; vigiliis  
 parco. Contendo denique, atque nitor, vt habeat hoc à me Resp.  
 cum boni & amantis eius sacerdotisque officium, tum testimo-  
 nium meae perpetuae sententiae & in se voluntatis. Sed horū duo-  
 rum qui confecti sunt librorum, prior anno superiore à me ad  
 Verbeni missus, in manus tuas (vt opinor) non incidit, neque ha-  
 beo impotentia idoneum eius exemplum quod ad te mittam:  
 sed, cum habebō, certè summissurus. Nunc cum secundum mite-  
 rere ad amplissimos viros, mihiq; & Reip. imprimis amicissi-  
 mos, Contarenum, Fregosium, Polum, Bembum: mandauit isthic  
 nescis, vt postquam ij legissent, meum ipsi librum continuo ad te  
 mitterent: quem, te oro atq; rogo Dionysi doctissime, vt atten-  
 to animo perlegas: meq; tibi monendum, & vbicumque opus sit  
 (sunt autem opinor in multis) etiam reprehendendum & corri-  
 gendum suscipias. Nam ego quidem hoc corrigendi reprehen-  
 dendiq; officio, modò id ingenuè & benenolo animo fiat, nul-

lum ab amico homine nec gratius possum expectare, nec optius. Quid enim est reprehendi, nisi alieno labore fieri melius. Et sane is ego sum, qui in meis scriptis, praesertimque recentibus, nihil mihi confidam. Itaque audio libenter cunctorum opiniones: iactarique in manibus doctorum hominum mea scripta, excuti cupio: quo deinde ex omnium iudiciis atque dictis, quod melius sit, & verius mihi eligatur. Interea quidem (id quod me petrare aequissimum est, petere & precari ab omnibus soleo) ut quis ex meis scriptis, quoad illa sunt sub alienum iudicium facta, quaequam decerpant, in quo se putet quasi consignatam rationem habere meae sententiae auctoritatem. Etenim qui se submittit alieno iudicio, nihil adhuc ipse habet decreti & iudicari. Qui vero expectato idoneo tempore, res etiam nunc dubias, tanquam certae aculant, & in earum auctores invehuntur (quo a genere hominum & mihi est nonnunquam, & multis saepe probis negotium fructuosum) hi profecto magis malevolentiam suam iudicant, quam verius innocentiae labem & detrimentum afferunt. Sed haec ad usus aliquos fortasse necessaria: tecum quidem, mi Dionysie, oportuna, neque apta est oratio: nisi quatenus querelam & dolorem horum temporum conferre cum amico, & communicare secundum est: quod ego sane tecum & amanter, & libere facio. In quo vero & mei operati ac postulati ratio, & tuae virtutis ac humanitatis vis tota consistit: te obtestor atque oro, ut legere auctoritatem meum librum, meque admonere & docere audacter omnino de rebus velis: ut quoniam ego & in doctrina, & in benevolentia tua maximam spem repono, id per tuam fidem ac diligentiam consequar, ut ex fontibus scientiae & eruditionis tuae, mei roborum uberior irrigentur, tuaque opera & ope fluant pleniores. Cum ergo tuo officio, magnam profecto gratiam, & eam perpetuam habiturum me confiteor. Vale. Carpent. XVIII. Cal. Aprilis 1611.

## XVI.

IACOB. SADOLETYS S. R. E. CARD.  
Dionysio Card. Sancti Marcelli S. P. D.

Contigit mihi in te, quod haud scio an nemini, vitae cre luxisse mortuum, repente nec opinato nuncio tuae infirmitatis, ex summo dolore ad summam laetitiam transereret. Sic enim fuerat ad me scriptum, te contracto in Hecurino morbo, in oppido Luca opinor, graviter aegrotum, delatum benevolentiam, post aliquantum temporis diem extremum tuum ostendit, quae res animum meum valde perturbabat. Nam cum propere signem benevolentiam, qua te sum complexus, & quae est cum auctoritate tua, tum tuis virtutibus, debita: tum vero etiam, quod tunc

tempore post meam à vobis digressum, multis ex nostro ordine carissimis viris, eiusq; mihi amicissimis & me & Remp. fortuna spoliarat: mihi tua mors cumulum maximum attulisset doloris, nisi meliora Deus de vtroq; nostrum constituens, & tibi salutem, nobis quidem peroratum, reddidisset: & mihi molestiam, ac meoerem absterfisset. Cui quidem Deo omnipotenti & immortalis maximas (vri deo) & meritas gratias ago. Nunc mihi Dionisi, quoniam saluus & sospes nobis es restitutus, tua erit post-hac virtus & diligentia, dare operam, eniti, efficere denique vt vultuositatem bonam tuearis & custodias: nosque qui te diligimus, laetis de te nunciis quotidie afficias: quod erit nobis abs te omnium rerum gratissimum. Illud quidem arbitror à me peti non oportere, vt conferes memoriam nostri: non enim dubito, quin par mihi in officio & in omni fide benevolentia esse velit. Tantum te rogo, tibi vt persuadeas, me & percupidum & perantatem esse tui. Vale.

## XVII.

IAC. SADOLETUS S. R. E. CARDIN.  
Marcello Ceruso Cardinali S. P. D.

CRIO amorem nostrum mutuum non egere testib. Etsi enim non admodum magno inter nos vsu & familiaritate conuincti sumus, propter occupationes quidem vtriusque nostrum, quae impedimento fuerunt: tamen neq; ego vnquam de tua erga me benevolentia dubitavi, neq; tu potuisti dubitare de mea. haec & cum de te, tuaq; virtute, modestissimisq; moribus, optimam semper iudiciū fecissem, letatus sum maiorem in modum incrementum & amplificationem tuę dignitatis: & posteaquam in istum locum atq; honorem sublatus es, quo esses erga me animo liquidius etiā cognoui: optimo videlicet atq; amantissimo: quem admodum & Ludouici Beccadeli, hominis officiosi & prudentis, sepe letet, & tua in meis meorumq; negotiis opera ac benignitas aliquoties iam declarauit. Quare cum constitutam habeamus inter nos eam amicitia necessitudinem, quae ex morum, & studiorum, & vt opinor etiam sententiarum similitudine maxime stabilis & sancta existere solet, mutuaque illam & pari inter nos voluntate tueamur: a quum est, vtrumq; nostrum alterius ope atq; consilio, in his quae vsu quotidie veniunt, ita vt, vt eiusdem amicitia officia non verbis tantum, sed factis etiam & rebus ipsis vti queamus. Ac vt breue faciam, quod abs te postulo, id huiusmodi est. Cum esses anno superiore in Gallia, legisti primum meum de Aedificatione Catholicae Ecclesiae librum. Sic enim ad me scripsit Triuultius noster: id fuit mihi nō mediocriter gratū,



verum gratius etiam fuisset, si idem fecisses quod ille, ut me  
 his, quae tibi visa essent minus commode in eo libro a me scriptis  
 admonuisses. Soleo enim ego hoc maxime a doctissimis expec-  
 re, ut eorum labore & annotationibus lucubrationes mea-  
 meliores: neque arbitrator alia in re magis elucere officium id  
 amicitiae debeatur, quam in hac solitudine atque cura, quae  
 quis suscipit, quod alterius famae & exultationi bene sit colla-  
 rum. Hoc ego a te & tunc desideravi, & nunc exopto: ut tamen  
 nunc quidem & beneuolenti animo, sed tamen audacter libere  
 reprehendas, quicquid tibi videbitur in meis scriptis esse re-  
 hendendum. Ego enim cum aliorum opiniones & sententias  
 dico, cum mea in manibus iactata scripta, & multorum obiectio-  
 nibus veluti excussa sunt: tum colligo memeripse, habeoq; deli-  
 ctum, & quod probabile mihi ac verum visum sit, id sine vili  
 uata cupiditate in meas lucubrationes libenter transfero: ma-  
 roq; facile sententiam, si rectius esse videatur. Verum tamen  
 quam hoc fiat, diuq; mea scripta sub alienum iudicium subici-  
 unt: non arbitrator esse rectum, ex meis dictis, si qui forte in illis  
 error aut non bona ratio sit deprehensa, de me ipso iudicant: nec  
 enim aliorum iudicium expectat, nondum vitur suo. Quare  
 qua est eorum ratio, qui scriptorem accusant de iis rebus, quae  
 illi qui scripsit, nondum sunt probatae nec ratae. Sed tu non eo  
 numero es, qui natura ingenua, & liberali doctrina, & singulari  
 temperantia ac bonitate es praeditus. Cum igitur mitterem ad  
 bebi secundum mei illius operis librum ad Amplissimos collegas  
 nostros, Contarenum, Polum, Fregosium, Bembum: mandavi  
 meis, ut posteaquam is legissent, illum ad te deferrent. In quo  
 te atq; rogo mi optime Marcelle, ut hanc eius perlegendi opera-  
 sine etiam molestiam, non grauiter recipias mea utilitatis cau-  
 tribuasq; hoc cum amicitiae nostrae, tum humanitati etiam meae  
 ut tuo labore, cura, diligentia, meus liber efficiatur correctior:  
 primum in his, quae ad integritatem religionis pertinent: quae  
 ego sancte, atq; pie semper per me esse cultam volo. Deinde, ut  
 mea forte in scribendo libertas cuiquam molesta esse possit: pre-  
 feram eorum, quibus omnia me debere & nunc confiteor, & sem-  
 per professus sum. Nam quod ego Christiano animo cupiam o-  
 dere emendatiorem Ecclesiam, quam ea nunc sit, nunquam ce-  
 inficiabor. Quod verò huius praecelari operis gloriam atq; famam  
 ad eos optare potissimum peruenire, qui a me summo honore  
 & obseruantia coluntur, Deum immortalem testor, nihil me  
 quam cupisse ardentius. Et fuerat quidem ab initio egregium  
 susceptum iter, sed postea nescio quo pacto aliquantum de via  
 declinatum est. Nec tamen video, quid ad illam praecelaram  
 sempiternam laudem, firmamentum non nominis solum, sed  
 fama,

hinc, sed posteritatis etiam & generis, horum mortalium & ter-  
 reorum bonorum possit comparari. Sed de his satis. Fac mi Mar-  
 celli humanissime vt valeas, nosq; tui amantissimos vt diligas.  
 Vale. Cap. 17. Calend. April. M.D.XLI.

**IACOBI SADOLETI S. R. E.  
 CARD. EPISTOLARVM LI-  
 ber XIII. Epist. I.**

**IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.**

*Iam Maria Mentio S. R. E. Cardinali, S. P. D.*

**D**VENTVS huc Poli amplissimi collega nostri, &  
 magnum mihi dolorem attulit, vt tu quoq; futurum  
 videras, & non minorem etiam voluptatem videre e-  
 nim hominem amicissimum vtriq; nostrum, summa  
 in vniuersitate, summa temperantia, modestia, sanctitate vitæ præ-  
 ceptum, sancte iucundissimum mihi fuit. Eundem autem videre tot  
 appetuum iniuriis, atq; alienæ impietatis & crudelitatis scelere,  
 in raras, & tam graues coniectum calamitates, certè nõ medio-  
 ceter mihi molestem accidit: cum præsertim non amici solum  
 in eo incommoda, sed Christianæ etiam Reip. vulnera, vno & eo-  
 dem tempore, dolere & miserari cogerer. Atq; ipse quidem, quo  
 animi robore, & qua erga Deum pietate munitus est, ferebat res  
 aduersas fortriter atq; constanter. Ego verò qui nequaquam simili  
 virtute præditus sum, cum me afflictarem in eius acerbis casibus,  
 illo ipso consolatore subleuatus sum, cui me afferre solatiũ ma-  
 gis oportebat. Atq; is vnum diem apud me cum fuisset, ita à me  
 discit, vt præter pristinam meam de illo opinionem, nouam et-  
 iam admirationem suæ spectatillimæ virtutis in animo meo re-  
 linqueret. Sed quo mea tamen in eius aduentu lætitia foret vbe-  
 rior, tuè lauisimæ & mihi iucundissimæ literæ fecerunt: quas  
 cum auidè legerem sic familiariter scripras, ita mihi Deum propi-  
 tium esse opto, vt omnes meos sensus in timos incredibilis que-  
 dam voluptas perterritabat. Videbar enim mihi tecum tunc esse,  
 & in tuo illo familiari vultu requiescere: cuius si mihi præsentis  
 facultatem fortuna tribuerit, erede mihi eos exigam fructus, qui  
 nascro quo pacto olim à me prætermisi sunt, cum tua ista dulcis  
 inuicibilis natura nondum se mihi totam patefecisset. Illud nol-  
 lem, quod in Epistola tua mihi nimis magnum imponis onus in-  
 terrogij & testimonij tui. Et si verum audire vis, is mihi visus est in  
 tua simplici, & aperta scribendi comitate, quasi quidam nauus  
 inuenirent: quod à nostris familiaribus epistolis abesse debet.  
 Nam si de eo, in quo me laudas, respondendum à me tibi sit,  
 X 5 nihil

